Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



fratribus suis. Audite somnium meum qđ uidi. Putabam
nos colligare manipulos in agro. et quasi cõsurgere manipulũ
meum et stare: uõsq; manipulos circumstantes adorare ma
nipulum meum. Responderunt fratres eius. Numqđ rex nr̃
es. aut subiacemur ditioni tue? Hec ergo causa somniorũ
atq; simonũ. inuidie ⁊ odij fomitẽ ministrauit. Aliud qq;
uidit somniũ. qđ narrans fratribus ait. Vidi p somniũ
quasi solem ⁊ lunam et stellas undecim. adorare me. Qđ ũ
patri suo et fratrib⁹ retulisset. increpauit eum pater et dixit.
Qd sibi uult hoc somniũ qđ uidisti? Num ego et mater tua
⁊ fratres tui. adorabim⁹ te sup̃ tr̃ã? Invidebant igit̃ illi fratres
sui. pater uero rem tacitus considerabat. Cũq; fratres ui⁹ in
pascendis gregib⁹ patris morarentur in sichen. dixẽ ad eũ isrl'.
Fratres tui pascunt oues in sichimis. ueni mittam te ad eos.
Qui respondente. presto sum ait. Vade ⁊ uide si cuncta pspe
ra sint erga fratres tuos et pecora. et renuncia m̃i quid agat.
Missus de ualle hebron. uenit in sichen. Invenitq; eũ uir er
rantem in agro. et interrogauit eũ quid q̃ĕr. At ille respondit.
Fratres meos q̃o. indica m̃i ubi pascant greges. Dixitq; ei uir.
Recesserunt de loco isto. audiui autẽ eos loquentes. eamus
in dothaim. Perrexit ergo ioseph post fratres suos. et inuenit
eos in dothaim. Qui cum uidissent eũ procul. antequã accederet
ad eos. cogitauerunt illum occidere. et mutuo loquebantur.
Ecce somniator uenit. Venite occidamus eum. et mittam⁹
in aliquam ueterem cisternam. dicemusq; fera pessima deuorauit eũ.
Et tũc apparebit. quid illi prosint somnia sua. Audiens
autẽ hoc ruben. nitebatur liberare eũ de manib⁹ eor̃. et di